



N 578

*Db. 2.*





NOVAM CORONAM,  
<sup>QVA</sup>  
CAPUT AUGUSTISSIMUM  
**FRIDERICI III**  
NOVI IN BORVSSIA REGIS,

DIE XVIII IANVARI A. MDCCI.

Regiomonti ipso Coronationis die regio  
ritu coronatum,

subjectissima devotione,

Inter Congratulantium applausus

Novo coronant voto,

Qui Halæ studiis incumbunt

**MESO-MARCHICI.**

---

HALÆ, typis CHRISTOPH. ANDRÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.



**E**N! NOVA FATA!

ANNUS NOVUS in SÆCULO NOVO!  
NOVUM SCEPTRUM! NOVA CORONA!  
NOVUM OLEUM! NOVA PURPURA!  
NOVUS in BORVSSIA REX!  
NOVA VOTA!

### FRIDERICUS III.

In hoc uno nova dixi omnia;  
PARENTIS MAGNI FILIUS MAGNUS,  
Sic SOL occubuit & nox nulla secuta!  
Dictus ab eo FRIDERICUS,  
Nomina sunt Omina!  
Qui novus REX virtutem Serenissimi PARENTIS territorii  
nostris redderet novam:

Eâdem generosi Spiritus idea, in diversis corporibus.

FRIDERICUS!

Priorum Epitome! Secutorum Basis!

Majorum majus magnitudine Exemplar!

Hunc enim qui intuetur, omnes in hoc uno vidit.

FRIDERICUS!

Novus orbis nostri SALOMO, & in novo antiquus,  
REGUM AUGUSTISSIMUS potentia regia;  
Novus REX in sæculo novo, ut sub Laurea secula promitte-  
ret aurea.

Novus

Novus REX anno primo Sæculi novi;  
Primus enim primos in lumbis regni sui gerit Reges.  
Novus REX in Christi Natalitiis novis,  
Ut à Regum Rege regni sui acciperet tesseram:  
GLORIAM DEI, Pacem in terra, Bonam voluntatem inter  
homines.

FRIDERICUS!  
CORONAM accipit, quam diu habuit!  
SCEPTRUM tenet jam ante SCEPTRIGERUS!  
THRONUM ascendit, quia virtus transcendit Orbem!  
OLEO inungitur regio, unctus Dei antequam natus!  
PURPURATUS nunc, quia purpuratam semper intra se gesit  
MAJESTATEM!

REX priusquam coronatus, nisi solum nomen defuisset!  
Novus hodie BORUSSÆ REX corona coronatus nova.  
En NOVA FATA!

Ecce! REGIOMONTVM novi REGIS, regia ara!  
Hieroglyphicum silendo facundum;  
Et cum tacet, multa nobis dicit.  
Corona hic REX noster coronatus, quia ibi natus.  
In imis hujus montis radicibus ad sumum diadema destinatus.  
Justum proinde qui coronam regiam regiomonti accepit,  
Cujus virtus fecit, ut in Borussia regnaret.  
Rimare & admirare!  
Quam fœcunda regiomonti montium sterilitas!  
Gemmam hucusque genuit in venis suis coronalem, qua  
novus Rex nunc Coroniger.

Novum Prodigium!  
Hic montes hyeme vernant.  
Lilium producant in terris suis cœlesti ab origine,  
Non Junonis lacte deargentatum, sed aurea corona deauratū.  
Montes Regiomonti pariunt REGEM!

AQVI-

AQVILAM BRENNICAM,  
Dant ipsi SOLEM, erigunt SOLIUM.  
Regiomonti ATLAS REGNI BORVSSIÆ!  
Dei inter homines Imago!  
Sacrum cœlorum in terra depositum!  
MÆCENAS DOMI! MARS BELLI!  
NOVUS REX NOVI REGNI.

Quid amplius?

NOVUM nunc ingeminamus REGEM novis votis.

REX POTENTISSIME!

Gratulationis aram sistimus arrham amoris,

Monumentum non marmore candido, sed candore exstru-

REX CLEMENTISSIME!

(Etum ponimus,

Ignosce, quod umbræ filii umbra verborum Solis tui comi-  
temur splendorem,

In his quippe tenebris clarescunt vota nostra;

Multorum labia uno ore unam dant acclamationem:

VIVAT REX! VIVAT REGINA! VIVAT REGIA PROLES!

VIVAT NOVUS REX in Sæculo novo!

Novo semper MAJESTATIS circumfusus splendore.

Videat SOLEM AQVILA nostra sine Nocte!

Lucem sine Nube.

ALEXANDER AUGUSTE!

Deus Te nobis dedit! Deus Te servet.

Vincas in Corona! Vivas in Purpura.

Populus lætatur! Exteri mirantur!

Posterius applaudant! Nos gratulamur!

FELICITER! FELICITER!



Nf 818


S

4-

1078

107





NOVAM CORONAM,  
QVA  
AVGUSTISSIMUM  
FRIDERICI III  
IN BORVSSIA REGIS,

DIE XVIII IANVARIII A. MDCCLI.  
anti ipso Coronationis die regio  
ritu coronatum,

subjectissima devotione,  
Congratulantium applausus  
Novo coronant voto,

Qui Halæ studiis incumbunt  
SO-MARCHICI.

CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.

